nach zu Hanover Rector, nach Abſterben M. Ludolph Langens aber Anno 1626. Prediger an der Aegidien-Kirche allhier. Er war ein Mann, der in der Theologie wohlgegründet, und mit allem Ernſt auf ein thätiges

collegio meo privato partes opponentis & reſpondentis cum laude, ut ob ingenii acumen & judicii dexteritatem in dijudicandis horum temporum controverſiis eum ad utilitatem eccleſiæ formatum eſſe non dubitem. Dignus igitur eſt, qui beneficiis ad educationem & ſuſtentationem eorum qui aliquando eccleſiæ operam navare poſſint, ſalubriter fundatis juvetur. Quæ omnia de hoc uno Juvene bona fide teſtari poſſum, ut ſi opus ſit etiam pro ipſo ſpondeo - - - quod ſi ut nullus dubito, Buſcherus inter alia ſuorum profectuum ſpecimina ediderit, faciam de iis R. T. D. certiorem. Und 1609. Cal. Junii ſchrieb Winckelmann an Lyſerum: Ante hac R.T. Dignitati pietatem, & induſtriam & diligentiam ornatiſſimi D. M. Statii Buſcheri in Academia noſtra S.S.Th. operam dantis commendavi. Cum vero ad literas meas hactenus ab illa nihil reſponſi acceperim, ego quidem dubito, an illæ ad manus pietatis Tuæ pervenerint, ipſe vero M. Buſcherus ſolicite timet, ne quis malevolus ſiniſtram ipſius apud R. T. D. mentionem fecerit & animum ab ipſo alienaverit. Quod ſi quid tale accidit, ſancte teſtor eo luculentam injuriam fieri. Ita enim ſuum ſtudium & modeſtiam nobis comprobat, ut omnes Studioſos noſtros illius ſimiles optemus; neque mihi dubium eſt, eum aliquando ſalutare Eccleſiæ Chriſti organon & φωςῆρα quondam evaſurum eſſe. Dignus igitur eſt, ut R. T. D. hunc virum juvenem, ſi qua poteſt parte juvare, juvet, & eum pie inſtituto & fundato beneficio